& nerui eius extẽsi intra coriũ remãsissent, percussa a Mercurio sonitum dedit, in cuius similitudinem Mercurius lyram fecit, quã postea Apolli ni datã, alii Orpheo dicunt, eo q d unus ex musis ideſt Calliopæ sit filius. fecit aũt chordas nouẽ iuxta numeꝝ musaꝝ. Tãtæ nãq; dicit dulcedi nis i modulando fuisse ut arbores, saxa, bestias, atq; inferos cõmouerit ob cõiugis Euridices desiderium ad inferos descẽdens. Qui cum Apollinẽ maximum deoꝝ honoraret. liberꝝ aũt patrem a quo fuerat glorificatus minime glorificaret sedẽs in pãgeo mõte & expectans solis ortum, liber indignatus misit Bacchas ut Aeschylus scribit quæ eũ mẽbratim discer perent, collectisq; membris eius sepelierũt eum in lesbiis mõtibus, eius lyram Musæo dederunt. Iouẽq; rogauerũt, ut eius memoriam astris ifer ret. habet autem stellas in utrisq; pectinibus singulas. i cacumĩe chordaꝝ singulas. in utrisq; humeris singulas. in fundo unam. in modulo unam. i tympano claram atq; candidam unam. Sunt omnes nouem.

CYGNVS

Vt medii fulgoris erunt penna utraq; læta
a Dexterior iuxta regalem cepheos ulnam,
At leua fugit instantem sibi pegason ala.

c Ygnum dicunt inter astra constitutum, eo q Iupiter i cygnũ trãs figuratus euolauerit i ramum atticæ regionis ibiq; compresserit.

ST16379-176

Nemeſim. quæ & læda dĩ (ut refert Crates tragœdiarũ ſcriptor) quæ enixa
é ouũ uñ nata é Helena. ſed quoniam Iupiter rurſus ĩ cœlũ ĩ cygnũ trãſ-
figuratus ſe recepit, Vt fuit pẽnis tẽſus ſimulacrum eius ſyderibus reliqt.
Habet autem ſtellas in capite claram unam. in dextra ala quinq;. unã cla
ram quæ ẽ erga collum. in ſiniſtra ala quinq;. in pectore unam. in cauda
unam, quæ é ampliſſima. Sunt oẽs. xiii.

AQVARIVS

Ceano merſus ſopitas condere flammas.
o Himbres occaſus ortuſq; intercepit ora.
Er cum terrores auget mox atra marinos,
Multum clamatos fruſtra ſpectauerit ortus,
Tunc rigor, aut rapidus ponto tunc incubat auſter.
Tarda miniſteria & nautis tremor alligat artus
Et rationem animi temeraria pectora ſoluent.
Nulla dies oritur, quæ iam uacua æquora cernat.
Puppibus & ſemper tumidis ratis innatet undis,
Interea tentare undas iuuat, aſpera ſed cum
Aſſultat lateri deprenſæ ſpuma carinæ,
Tunc alti curuos proſpectant littore portus.
Inuentaſq; alii terras pro munere narrant,
Interea exanimat pauidos inſtantis aquæ mons:
Aſt alii procul e terra iactantur in altum.
Munit & hos breue lignum, & fata inſtantia pellit,
Et tantum a lœto, quantum rate fluctibus abſunt.